



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 112. Cosmas Gallorum partibus accedere a Ferrariensi Cardinale
sollicitatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI. profectus, Hispanos nuper ex arce dimis-
A.C. 1552. sos secum ducebatur, atque Auriam, qui
post classis Turcicæ discessum Neapolim
navigaverat, præstolabatur: demum
vero unacum illo triremes descendens
ad Sancti Stephani portum venit, ubi
præter suppetias ab Auria adveftas ex-
positis in terram mille quingentis mili-
tibus turrim quamdam, quæ urbis in-
gressum tuebatur, tormentis suis qua-
tere cœpit, eamque feliciter expugna-
vit; itaque libero aditu ad urbem pa-
tefacto Mendoza Orbitellum ingressus
militem introduxit, ac annonam, ar-
cemque propugnaculis muniri jussit,
moxque inde discessit.

§. CXI.

*Mendoza a Cæsare ex Italia revo-
catus.*

Hæc agendi ratio Cæsari displicebat,
qua propter Mendozam ex Italia re-
vocabat, eo quod ibidem adeo effere,
atque arroganter sese gessisset, ut res
Cæsar is, si diutius ibi imperium tenui-
set, ex multorum judicio eversurus vi-
deretur.

§. CXII.

*Cosmas Gallorum partibus accedere.
Ferrariensi Cardinale sollicitatus.*

Equi.

Equidem Galli adhucdum Senensem Sæcul. XVI.
urbem tuebantur, cum vero Regis A.C 1552.
sui auctoritas nondum firmo pede con-
sisteret, atque Hispani præsidiarii Or-
bitello impositi crebris excursionibus a-
grum Senensem infestarent, hinc Galli
se eorum insultibus opponere minime
audebant, ut autem magis, magisque
Gallicum nomen ibidem firmaretur,
Franciæ Rex, postquam Papa Fa-
bium Mignanellum Cardinalem re-
vocaverat, illuc decernebat Ferrari-
ensem Cardinalem, Virum longo re-
rum usu, ac singulari prudentia prædi-
tum. Hic, cum Senas proficeretur,
per Florentiam iter prosecutus est, ubi
a Cosma Duce cum ingenti pompa ex-
ceptus, multa de Henrici II. Amicitia
jactitabat, ac pollicebatur, dummodo
ejus partibus palam accedere vellet:
verum Cosmas præter ambigua verba
haud amplius Cardinali spoondit, eum
tamen æque, ac ceteros Gallos perbe-
nigne habuit, ut saltem facta hac bene-
volentia provide mala, ac pericula,
quæ ditionis suæ finibus a Gallis forte
victoribus imminebant, tantisper decli-
naret, donec Cæsar, cuius auxilium
ipſi erat necessarium, versis in Italiam
armis suas ad propulsandum commu-
nem hostem vires conjunxit.